

1. Kettner / D. Frieder. Ernesti. /
2. Breithaupt / D. joach. justii. / Diff. de
3. Calovij / Abrah. /
4. pfaff / D. joh. Christoph. / Diff.
5. Goetzij / M. Georgij. /
6. Mayer / D. joh. Frid. / Diff.
7. de Krackewitz / A. B. joach. / Diff.
8. Antonij / D. Pauli. / Diff.
9. Mayer / D. joh. Frid. / Diff.
10. Foertsch / D. Mich. / Diff.
11. Calovij / D. Abrah. /
12. Academie Regimentand programma
13. Breithaupt / D. joach. justii. / Diff.
14. Sagittarij / Casp. / theses,

PROGRAMMA,

quod

ad sermones quorundam Scholæ nostræ
alumnorum de Argumento,

QUOD à DEO

PER

GEORGIUM I.

Regem Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hiberniæ,
& Electorem Brunsvico-Luneburgicum

*Pax, tranquillitas & salus toti jam reducatur
Europa.*

ad diem

& horam antemerid. VIII. in Auditorio
Clausthalienfi superiori auscultandos


Musarum Patronos ac Fautores

omnes & singulos submissè & officioè
invitat,

H. Calvör Sch. C. C.

Clausthalia, litteris Jac. Wilcken,





Memorabilia non saltem, sed & veritati semper consona, quin & experientia per tot seculorum retro decades, comprobata ac confirmata sunt verba, quæ captus Lydorum Rex Cræsus, cui fortuna rebus suis ereptis usum dederat aliis benè svadendi, à Cyro, expeditonem in Massagetas parante, in consilium adhibitus, gravissimè protulit: Illud imprimis, Cyre, discito, humanarum rerum circulum esse, qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non finit. (a) Sic omnino est. Sicuti enim universi hujus structuræ impressa non est figura triangularis, quadrangularis, aut multangularis, sed circularis, adeoque semper in circulo agitur: Ita ad eundem modum nec ullam rebus humanis natura indulgit quietem, quæ cum ad summum perfectionis gradum evedtæ sunt, hoc ipso, quod, quo ulterius progrediuntur, non habeant, ut de priori culmine, ad instar Solis in stationibus ita dictis constituti, descendant, necesse est. Unde Seneca: (b) Certis eunt cuncta temporibus, nasci debent, crescere, extingui. Cumque per varia mala, interna & externa, ad extremam perductæ sunt tristitiam, nec ullus est ulterioribus decrementis locus, ut salè et rursus incipiant, ordo naturalis requirit. Quæ propter Republicæ, non secus ac homines, suam plerumque habent infantiam, adolescentiam, juventutem, ætatem mediam, quæ consistendi ætas dicitur, & senectutem, h. e. ortum, incrementum, statum, conversionem, occasum. (c)

(a) Herodotus lib. I. Clio, p. m. 93.

(b) in Epist.

(c) Hæc comparatio pluribus diducta legi potest apud Hyppolitum de Collibus in Principe cap. ult.

Et hæc quidem ei, qui ad experientiam non oscitanter attendit, aut historiarum monumenta inspexit, sat scæta sunt.

Existentibus vero effectibus dispiciendum venit de causis, an nempe accidentia Rerum publicarum memorata à meris naturalibus dependeant causis, an vero altius quid sis subsit, & mens aliqua dirigens. Primum fortè haud temerè quisquam hodie asseverabit, nisi qui se adstringet, omnium talium accidentium & eventuum causas naturales ita cohærentes demonstrare, ut quivis sanus cohærentiam eorum possit capere, quod vero in omnibus præstare casibus perinde erit, ac ex harenâ velle funiculum necere, & columnas in Oceano figere: aut qui rancida veterum Epicureorum dudum confossa ac explosa recoquere volet repotia, & omnem cum Plinio tollere providentiam, qui, intuitus res humanas tam perturbato ferri ordine, multa inter homines injustè, multa crudeliter fieri, malos e vehi sæpè ad summos honores, bonos interim deprimi, eam ingressus est sententiam, ut dicat: irridendum vero, agere curam rerum humanarum illud, quicquid est, summum. (d) Sanior vero inharet mens Claudiano, itidem gentili, qui, cum ei sententia, an superi curarent terras, an nullus in esset rector, & incerto fluerent mortalia casu, mentem sæpè traxisset dubiam, tandem clavim, quâ hujus mysterii arcem feliciter referavit, invenit, dicens (e) - - jam non ad culmina rerum injustos crevisse queror: tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. Posterius omnium temporum veri & sani Philosophi statuerunt, & causam illam dirigentem appellarunt *Fatum*, cui omnia eventa attribuerunt, nec veterior alia aut receptor est inter gentes sententia, quam hæc de fato. Hoc ubique in scriptis suis Poëtæ inculcant. Sic Manilius: Fata regunt orbem, certâ stant omnia lege, longaque per certos signantur tempora curfus &c. plures ejusmodi locutiones in tegris plaustis, si è re esset, possent ex ipsorum scriptis advehi. Historicos si evolvas, omnium illæ sunt voces: Fato hoc tale accidisse, regna stabilita aut everisa fatis. Philosophi, strictè ita dicti, si in omnibus aliis in diversum eant, tamen in hoc uno omnes consentiunt, Fato omnia fieri, quamvis in conceptu Fati non conveniant. Destituti enim lumine

A 2

(d) lib. 2. Histor. mundi cap. 7 de Deo. Contra impiam hanc sententiam conf. pluribus venerabilis nostri Præsulis C. Calvorii Mantissam ad Gloriam Dei à p. 26.

(e) lib. I. in Ruffinum.

mine revelationis diversimodè ad veritatis tramitem caligant, quibusdam omnia fati, sed nescio quibus, adscribentibus, & providentiam Deorum planè tollentibus, quibusdam hanc asserentibus & Deos injustitiæ argumentibus, qui mortales pro lubitu, aut passionibus secundum illud: sic placuit superis, quæ-rere plura nefas, sic volo, sic jubeo, stet pro ratione voluntas, affligant, de quibus inter alios videantur Lucianus (f) & Minutius Felix (g) Fatum vero, si vim vocis spectes, dicitur à fando, significatque secundum Priscianum dictum & justum divinum, hinc Minutius Felix: (h) Quid aliud est fatum, quam quod de unoquoque nostrum Deus fatus est, & Servius (i): Fata sunt, quæ Di fantur, vel quæ indubitanter eveniunt. Si rem vero ipsam, quatuor diversa fatorum in veterum & recentiorum scriptis deprehendimus genera, est enim Fatum Mathematicum, Naturale, Violentum, Verum sive Politicum,

Mathematicum est, quod ligat & necit firmiter actiones omnes eventusque ad vim siderum, & posituram stellarum, cui Chaldæi & Astrologi natales dederunt, qui attribuerunt coelestibus corporibus vim aliquam in corpora nostra, quæ vice animæ fungeretur in illis, illa vivi ficaret, moveret, intelligentes & rationales redderet: Unde Plinius (k): pars alia & hanc (scilicet, eliminatâ jam providentiâ, fortunam, ut medium numen, quod mortalitas, dicente Plinio, sibi excogitavit) pellit, *astroq;* suo eventus attribuit & nascenti di legibus. Epicurus præterea statuit, singulos homines habere singulas stellas pro ipsorum fortunâ, alias illustres, alias obscuras, quæ unâ & nascentur & interirent, quæ deinde totius vitæ cursum administrarent & gubernarent. Et huic opinioni per vetustâ ac inveteratâ originem fortasse debent dictiones, in Teutonicâ linguâ usitata, quas sæpissimè proferri audimus: *Mein Glück's Stern ist noch nicht aufgegangen*: item, *Da ist weder Glück noch Stern*. Et hæc sententiâ adhuc hodie vulgi animis altè insidet ac in hæret, totius r empe vitæ cursum dependere ab astris, eorumque in natalicis constellatione, adeò, ut si quidam ob delictum admissum v. g. scortationis, furti, reprehendantur, illico se in hoc excusationis asylum recipiant: hoc planetam suum ita secum

(f) in Dialogis Dial. I. Vinc. Obsopæo interpr.

(g) in Octavio.

(h) l. c. p. 397.

(i) lib. 2. Æneid

(k) l. c. conf. hic Petr. Gregorius de Repub. l. 21. c. 6 & 9.

cum ferre, huic crimini se à suo planeta subjectos fuisse. Hinc Veteres, docente Meursio, eo die, quo imponenda essent infantibus nomina, (qui ob id Nominalia dictus) advocarunt Mathematicos, qui inspecto themate genethliaco fausta infaustaque prædicerent, idque vocarunt *Fata advocare*; ☉ *scribere*. Arripuerunt etiam quæcunque omina in bonam scævam ad impositionem nominum, idque dixerunt *Fata occupare*. Num forte Epicurus (qui talis, qualis vulgo fingitur, h. e. gulæ ac quibuslibet voluptatibus crassis deditus, non fuit, teste Laërtio, & ejus hyperaspiste, Petro Gaslendo) cum reliquâ Philosophorum antiquorum cohorte, hanc de stellis opinionem ex Mose, quem legisse eos ex historiâ Philosophicâ facile est persuasum, & Bileami contenta in eo Num. 24. prophetiâ de stella ex Jacob oritura hauserint, & ad quemlibet hominû e. tenderint, disquirendum aliis relinquo. Sicut vero de peculiari revelatione, singularem & miraculosam personam ejusque nativitatem concepnente, concludi non licet ad cujuslibet generationem: ita hæc sententia de stellis infringit ac destruit providentiam. Si enim stellæ regunt & quidem, (quod taci è ac periculose plerumque ab arcana Astrologiæ filiis, nisi ipsis Adeptis, in sinu fovetur) immediatè, exclusâ Numinis ac Creatoris speciali cura, ergo non providus Deus, sed ipse suavi somno sepultus, dum omnia Mundi necessario ac impetuoso Stellarum rotantur impetû, manum, olim creatricem, dulci in sinum recondit si pore. Quæ vero eâ ratione pietas, timor, fides in Deum? Quam ob rem hoc fatum, ceu fatuum, & ficulneis, imo stramineis in nixum rationibus, quæ ad obrussam sanæ rationis contentæ, evanescent, non saltem à venerandæ canitie Sapientibus, inter quos sidus illud patrum Augustinus in aureo de Civitate Dei libro eminent, sed etiam à plurimis hodiernis Mathematicum doctoribus, quibus hæc sunt apinæ tricæque, & siquid vilius istis, ejectum est ex Mathesioscholis (1)

Nec mitiori ferè fortunâ usum est apud quosdam sapientum tum vetusti, tum præsentis ævi, *Fatum Naturale*, quod ipsis est ordo ac concatenatio causarum secundarum à primâ causâ, sibi invicem istiusmodi cornexâ ac innexâ physicâ fatalitate ac necessitate implexarum, ut, nisi

A 3

impedian-

(1) Vid. Sturmii in Mathesi Juvenili Tomo 2. p. 172. item Antonii le Grand Historia naturæ Artic. 13. p. 150.

impediantur, vi & naturâ suâ, à Creatore inditâ, certum eundemque producant effectum, Hinc quod homo hominem gignit, non leonem aut aquilam, id Fato, (naturali nimirum, eò quod fœc ura non leonina aut aquilina in te cedit) fieri dicitur. Ast vero quamvis hoc ordo naturæ ita fœc at, non tamen videtur dici posse Fatum omnimodo necessarium, ac inevitabile, quia causa istius modi impedita, causis fortio. ibns renititur quidem, ast subigere eas haud potus est, cessat hinc & Fatum istud ita dictum.

Longè vero majori difficultatis & dubii nodo innexum est Fatum *Stoicum* & *violentum*, quod Seneca, omnem facultatem, non hominibus saltem, sed ipsius Numini rerumque Creatori veluti adimens, definit (m) necessitate rerum omnium actionumque, quam vis nulla rumpat, quin & ipsum Deum in libro de providentiâ (n) huic fato subicere videtur, cum inquit: eadem necessitate & Deos alligat, irrevocabilis humana ac divina pariter cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac Rector scripsit quidem fata, sed sequitur. Semper parat, semel iussit. Nec eximit ipsas fato actiones omnes hominis internas & nostræ voluntatis. Quæ quidem sententiâ, si non impia, attamen admodum dura. Excusatur vero, imo defenditur à quibusdam assæclarum suorum ex aliis scriptorum suorum locis, quod hæc asserta illi elapsa sint in calore illo scribendi & differendi, & laudabili bonoque studio, cæcos mortales à cœca Dea, Fortuna nempe, cui tum omnia adscribebant, revocandi, quoniam nulla alia, quam Stoica secta, majestatem & providentiâ Deo magis asseruisset, & homines ad ætherea & æterna traxisset

Verum denique Fatum secundum Boëthium (o) est inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam providentiâ suis quæque necit ordinibus: quæ & ipse fatum à providentiâ, ut posterius à priori, consequens ab antecedente, probè distinguit, cum dicit: Providentiâ est ipsa illa divina ratio in summo omnium principio constituta, quæ cuncta disponit. Providentiâ cuncta pariter, quamvis diversa, quamvis infinita, complectitur. Fatum vero singula digerit in motu, locis, formis ac temporibus distributa: ut hæc temporalis ordinis explicatio in divinæ mentis adunata prospectu, providentiâ sit: Eadem vero adunatio digesta, atque explicata temporibus fatum vocetur. Quæ licet diversa sint,

(m) lib. 4. de benef. c. 7. & lib. 2. natural. quæst. c. 36.

(n) Cap. 5.

(o) de Consolat. Philosoph. lib. 4. prosa 6.

sint, alterum tamen dependet ex altero. Ordo namqve fatalis ex providentiæ simplicitate procedit. Et sic sobriè sars philosophatur Boëthius, nec cum Stoicis idem inflat cornu de necessitate absolutâ, ad res mobiles, earumq; dispositiones à primâ causâ ac motore liberrimâ electione factas, respectû non habente.

Justus Lipsius nervosâ rotunditate adumbraturus hoc Fatum, definit istud (p) in hærens rebus mobilibus immobile providentiæ decretum, quod singula suo ordine, loco, tempore, firmiter reddit. Conciliare autem istud cum libero hominis arbitrio peculiari hoc simili conatur: insidet quis eqvum debilem & claudum, quem impellit, quod impellit ab insidente est, quod debilem ac claudû, ab ipso est eqvo Sic Fatum veluti præfultor est & funem ducit in mundi istâ choræ: sed ita, ut partes aliquæ nostræ sint volendi semper aut nolendi, Dari tale aut simile fatum sobrium, necessitate ac libertate à parte Creatoris ac Creaturæ rationalis sese invicem amicè amplexantibus, omnino fatendû est, cujus doctrina ex mente Coniungii civilis prudentiæ studiosis debet esse quam commendatissima.

Ab objecto vero hoc commodè dicitur Fatum *Politicum*, & si limites descriptionis sive Boëthianæ, sive Lipsianæ, extendere velimus & ampliores reddere, plenior definitio hæc erit: quod sit conexio seu series causarum, mediorum, & eventuum, quibus Imperia ac Respublicæ sæpe præter omnem opinionem humanam, ac modo nobis impervio, nunc oriuntur, nunc mutantur, decrefcunt, servantur ac intereunt, a Deo præscita, ejusque providentiâ coelitus gubernata. Et quia præter omnem sæpe opinionem & intentionem humanam hæc accidunt, antiqui & recentiores in eo conspirant, quod evitari, aut mutari & cispelli non possint ullis consiliis vel auxiliis. Hinc Apulejus stoizans: (r) Nec consilio prudenti, nec remedio sagaci divinæ providentiæ fatalis dispositio subverti, vel reformari potest: Et Vellejus Paterculus: (s) Ineluctabilis fatorum vis, cujus fortunam mutare constituit, consilia corrumpit: Et: quippe ita res habet, ut plerumque, qui fortunam mutaturus est Deus, consilia corrumpat, efficiatque, quod est miserimû, ut, quod accidit, etiam merito accidisse videatur. Ita Fato placuit nullius rei eodem semper loco stare fortunam

(p) lib. 1. de Constantia cap. 19. conf & ejus Polit. l. 1 c. 4.

(r) de Asino Aureo l. 9. p. 282.

(s) l. 2. c. 57. & cap. 118.

fortunam Nec in eleganter Ammianus Marcellinus (t): Solent, manum inieciantibus fatis, hebetari sensus hominum, & obtundi. Optimum proinde est, quando talia fata incidant, ea sine murmure pati ac ferre, accommodare sese necessitati, quâ nihil fortius, & cedere Deo ac temporibus.

Sed quid ego diutius moror istud profundum, nec unquam explorandum fatum, quod aspici non inspicere, credi non cognosci vult? quod est Labyrinthus, in quo filum Ariadneum eorum, qui id intellectu suo permeare volunt, jacet præcisum. Providentiam (u) agnoscimus & credimus, divinam vero gubernandi rationem ignoramus. Locum proinde hic inveniat, quod Tacitus (x) de Germanis prædicat: Sanctius ac reverentius visum, de actibus Deorum credere quam scire. Verto igitur proram, & removeo me ab hac Charybdi, quæ multorum ingenia absorpsit, & potius animum remittens ad Hugonis Grotii elegantissimum libellum de Fato, mihi post horum elaborationem primum visum, in quo Philosophorum sententias de Fato collegit.

Huic causæ principali ac mentali accidentium Rerumpublicarum, alia nunc ex ipso rerum ordine, quæ dici potest civilis, venit subjungenda. In prima enim reipublicæ ætate, sive infantia, ipsa necessitas viriumque tenuitas vel renitentes cives ad honestam excolendam vitamque pro communis patriæ salute impigrè exponendam impellit, & quo usque hic animorum habitus durat, nunquam fere successus consilia, nondum privaris affectibus obnoxia, destitvet. Quum jam sic fati se extollere cœperunt, fortunam, quam orientem satis moderatè tulerunt, ad ultimam magnitudinem non capiunt. Otium enim ab externis hostibus victis ac domitis nacti degenerant in vitia & morum corruptelas. Ea enim est indoles humanæ naturæ, ut nisi honestis negotiis distineatur, nimis facile ad prava deflectat, sicut ferrum non attractatum rubiginem contrahit. Sic Justinus (y) de Lydis, à Cyro superatis, cauponas

(t) lib. 14. Conf. Philipp. Camerarius hor. subciis Centur. 3. p. 71. pluribus.

(u) evolvatur hic omnino Egidius Hunnius in aureo tractatu de providentia & Joh. de Spina Tr. de providentia ad Regem Galliarum & Navarrae Henr. 4. anno 1591. scriptus.

(x) de moribus Germanorum.

(y) lib. I cap. 7.

cauponas & ludicras artes & lenocinia, ademptis ipsis armis & eqvis, exercere jussis, scribit: Sic gens industria quondam potens & manu strenua, effœminata mollicie, luxuriâqve virtutem pristinam perdidit, & quos ante Cyrum invictos bella præstiterant, in luxuriam lapsos, otium ac desidia superavit: In tali otio, præter intemperantiam, luxuriam & molliciem plebejorum, oriri solent ex ambitione, æmulatione & injuria primatum factiones, seditiones, bella civilia ac domestica, in propria viscera sævientia, ut Lucanus canit: In se magna ruunt. Lætis hunc numina rebus crescendi posuère modum, Verè ac rectè Thomas Morus Cancellarius quondam Henrici octavi Regis Angliæ spectatissimus: (z) Ad rectum tenorem cujusvis absolutæ Reipublicæ concurrant prudentia in optimatibus, fortitudo in militibus, temperantiâ in singulis, justitia in omnibus. Qvodsi horum requisitorum loco contraria in omnibus adsunt vitia, quæ fieri aliter potest, quam ut respublica attrahat sibi ipsi malum, ut Cæcias nubes?

Alia ad has in Germania accedit causa, nempe Religionum diversitas, quâ munitissimas sæpe corruere respublicas ac urbes, experientia hæctenus fatis docuit. Ast vero hæc per se minime affert mutationes & perturbationes Rerum publicarum bene constitutarum, ceu Philippus Camerarius in horis subcivis (aa) apertè de monstravit, sed ea incidunt, dum magistratus inveteratam opinionem absque discrimine & recto judicio, rejectis reliquis, (bb) jamdudum tamen ad missis & toleratis, per vim, pertinacius fovet & tuetur. Et plerumqve hîc iniqua ac turbulenta Clericorum malefactorum, imprimis quorundam Jesuitarum (cc) ingenia in causâ & culpâ sunt,

B

quæ,

(z) in Utopiâ, optimam Reipublicæ formam exhibente.

(aa) Centuria I. cap. 58. p. 261.

(bb) quorum spectant impia consilia Jacobi Pamelii Archidiaconi Audomarensis in relatione ad ordines Belgii de Religionibus diversis non admittendis in uno aliquo unius Regni, Monarchiæ, Provinciæ; Ditionis, Reipubl. aut civitatis loco, anno 1589. Utinam vero omnes hujus surfuris consiliatores Christianum, sanæ rationi & utilitati publicæ innixum Galli cujusdam anonymi legerent consilium de Religione, quod subnexum est Franc. Hildensæmi Hippoliti Neanicis.

(cc) de quorum impiis conatibus legatur Hasenmüllerus & Hartnacc. &c.

quæ, dum turbatâ aquâ anguillas captare, ut est in proverbio, nituntur, frigidam suffundunt, & odia adversus secus credentes, exceptis Judæis, Christi, ejusque doctrinæ hostibus ἀσπύδου, conflant glaucomatis, officii, ustrumentisqve suis plusquam vatiniâ, quæ sæpissime in funestissima erumpunt bella, ita, ut membra unius corporis se invicem conterant ac discerpant, rabidissimorum ad morem canum.

Quantâ illa Europam, inprimis Germaniam in ultimis duobus retrò seculis affecerint clade, quivis, me non monitore, novit. Utinam diligenter eam recolerent, perpenderent, & ex præteritis aliorumqve damnis saperent ii, qui novis tumultibus, novisqve confictionibus jam student. Vara enim vibiam trahit, & bella sunt communes pœnæ utriusqve partis, omnisqve belli exitus est incertus

Effervescentibus sic malis internis non de esse tolent externi hostes, qui in afflictâ Reipublicæ calamitatibus suum scrutentur commodum, qui inhiant prædæ, quam in Republica tranquilla sperare non poterant. Diviso enim toto in partes, facile est superare & driperere debiliorem, & successivè omnes, sicut ex recentissimâ historiâ divisio summorum Confederatorum exercitûs, uniusqve ab eo partis separatio condocere potest.

Atqve sic optimæ florentissimæqve respUBLICÆ de sede felicitatis deturbari & ad incitatas redigi possunt, donec tandem eas, tot undiqve malis confictatas, ipsa ingruentium calamitatum magnitudo suo vigori, qui hæctenus variis vitiis pressus languerat, restituat, & circulus fatalis ex infimo calamitatis puncto revertatur, & sensim ad felicitatis culmen contendat & ascendat. Optime observat hoc Plinius secundus (dd): Habet has vices conditio mortalium, ut adversa ex secundis, ex adversis secunda nascantur.

Oculat utrorumqve semina Deus, & plerumqve bonorum malorumqve causæ sub diversa specie latent. Revolutiones has ac Regum fata breviter, ast ingeniosè, nescio quis, (nî ipsi Reges, ceu fertur, quatuor captivi curum triumphalem, quem vice eqvorum trahebant, indefelsè respicientes, Regem victorem ferocientem, quum de causa quareret, de fatali rerum circulatione hõc ipso ad monituri) proposuit, qui ductum circulum per duas se invicem ad angulos rectos, in centro secantes, diametros, in quatuor æquales partes, sive quadrantes divisit, & ad quatuor puncta,

(dd) in Panegyri Imperatori Trajano scriptâ cap. 5. p. 10. (93)

Et, peripheriam tangentia, hunc versum adscripsit: Regno, regnabo, regnavi, sum sine regno.

Et talis est rerum humanarum status; Fortuna volubilis erat, & manet in nullo certa tenaxque loco. Felices interim sunt illi, quibus longâ frui quiete à summo rerum motore conceditur, & quorum Dominos divina comitatur benevolentia, iisque solum contra quorumvis molimina munit ac tutatur. Hisce jure meritoque nos ex singulari gratiâ divina accendere nos possumus, siquidem non solum optinâ rerum pace ac tranquillitate sub alis *Serenissimi ac potentissimi Magnæ Britannia, Francia & Hiberniæ Regis ac Electoris Brunsvico - Luneburgici, Domini nostri clementissimi* longo jam tempore gavisi sumus, & impræsentiarum ex voto fruimur: Sed etiam alii Europæ status de felicitate, Regi nostro cœlitus concessa, participant. Omnibus enim hæctenus contendit nervis, omnia eo direxit consilia, omnia eo adhibuit media, ut ubique locorum bellicis imponatur motibus finis, ut toti procuret pacem Europæ, ut, sublatis animorum iris, & pacatis dissidentium animis, omnes Europæ amice conspirarent Principes

Quod dum Musæ nostræ, sub umbra alarum Majestatis ejus gratiosissimæ securè agentes, ritè perpendunt, silere, quamvis inter Saxa & Metalla constituta, nolunt, sed hanc felicitatem enumerare & in summi Numinis & Patris Patriæ nostræ Clementissimi laudem ac Gloriam pro viribus prædicare in animum induxerunt. Non vero omnes, qui periculum in dicendo facturi sunt, æque confirmatis ad conamen sunt lacertis

Quidam eorum enim jam sæpè per diligentem Domini Rectoris, Collegæ mei honoratissimi, exercitationem prodierunt in scenam: quidam eorum adhuc imæ premunt artis oratoriæ subsellia, quorum imbecillitati dandum erit aliquid, & defectus erroresque benevolentia palliandi. Si enim iis, qui in Gymnasiis olim se exercentes, corpore infirmiori erant, gausapa sumere licitum fuit, quis hos nostros lodiculam petere undecunqve vetet? Nec erunt $\alpha\omicron\mu\pi\omicron\phi\alpha\tau\epsilon\lambda\omicron\sigma\sigma\eta\mu\omicron\nu\epsilon\varsigma$, sed Patronis ac Fautoribus nostris industriam suam denuò probare illis mellis est. Eo vero ad dicendum ingressuri sunt ordine, quem partium potius quas ceperunt singuli, quam profectuum requirit ratio. Ipsam

autem orationum seriem, linguâ vernaculâ in eorum gratiam, qui Latialis sermonis non sunt periti, & tamen eam nosse cupiunt, delineatam, sequentia exhibent:

1. Wird vorgestellt/ daß der motus oder Bewegung in der Natur das Allerbeste / in der Republicque aber das Schlimmste sey/ da die Ruhe und Friede am zutrâglichsten; Und daß wir solche Ruhe unter unsers Allergnâdigsten Königs Regierung bisher beständig genossen/ und noch täglich genießen/ und Seine Majestât dieselbe auch andern verschaffe. Weils nun einige unserer Schüler davon reden wollen/ als wird ihnen geneigte Audience aufgebeten/ Lateinisch.

2. Stellet jemand vor das Dictum des alten Philosophi Heracliti: Omnia fieri secundum litem, oder alles streite mit einander in der Welt/ applicirts auff die Kriege/ kömmt auff den letzten Krieg des Käysers mit den Türcken/ und daß durch unsers Königs Mediation zwischen beyden Parttheyen Friede gemacht.
Lateinisch.

Musica:

Güldner Fried' uns sehr ergetzet/
Böser Krieg uns sehr verletzet.
Was bringt Friede? Wolergehen.
Was bringt Friede? Festestehen 2c.

3. Wird mit vorgängiger Berührung des Sprichworts/ daß ein Unglück selten pflege alleine zu seyn/ erzehlet der noch dauernde Krieg des Käysers mit Spanien / und beschlossen/ daß auch dieser durch unsers Königs geschwinde und mächtige Hülffe und Mediation werde geendiget werden. Teutsch.

4. Be:

4. Belachet jemand der Spanier Hochmuth und Traum
von der 5ten Monarchie, wie ihr Beginnen mehrmahlen schlecht
abgelauffen/ in teutschen Versen.

5. Beklaget jemand Spaniens Unglück / welches hinter-
einander von zwey ihrer Staats-Chargen mißbrauchenden Geist-
lichen hergerühret/zeiget Alberoni Staats-Fehler/und verwünscht
denselben. Teutsch.

Musica:

Unruhige Köpffe
Zerbrechen wie Töpffe/
Sie kriegen zum Lohn
Schimpff/ Schande und Hohn.
Unruhige Köpffe
Zerbrechen wie Töpffe.

6. Wird Englands Glückseligkeit unter der Regierung
König GEORGI I. gepriesen. Lateinisch.

Musica:

Georg, der Britten König/
Vor Dich ist es zu wenig/
Daß man hier deine Thaten rühmt/
Wer kan doch das/ wie sichs geziemt?
Dazu sind wir zu wenig/
Georg, der Britten König.

7. Es lamentiret ein Schwede über ihres Reichs erlittenes langwieriges Unglück / schliesset mit folgenden Versen, welche darauff musiciret werden.

Himmel / hast du dein Gesicht
 Jetzt so gar für uns verborgen?
 Wilt du nicht für uns mehr sorgen?
 Ach ich weiß / du läst uns nicht
 In der Angst und Noht so gar versinken.
 Denn mir deucht ich sehe schon
 Von dem reichen Gnaden = Thron
 Deiner Augen holdes Wincken.

8. Es tröstet denselben ein Lüneburger / daß / wie ihnen unser König vorm Jahr schon beygestanden / Er ihn wiederumb mit seiner Flotte zu ihrer Hülffe und Sicherheit erscheine / und ihnen endlich einen erwünschten Frieden verschaffen werde. Schließlich
 gratuliret er demselben wegen ihres neuen Königs / Teutsch.

9. Erzehlet ein Psälzer ihre unglückliche Fata in der Religion, und tröstet sich auch mit unsers Königs Hülffe / schliesset mit folgenden Reimen / welche darauff musiciret werden.

Grosser GOTT / bey uns erhalte
 Deine Kirche und dein Wort /
 Ist und immerfort.
 Gib uns Krafft / daß nicht erkalte
 Unser Herz in Friedens = Zeit.
 Wenn wir müssen in den Streit /
 Deine Gnade auff uns walte.

10. Wer

10. Verwunders sich ein nach 100. Jahren wieder lebendig
gewordener Böhme über den veränderten Zustand in der Welt/
und sonderlich in der Religion, daß da vor 100. Jahren ein Chur-
Fürst aus der Pfalz die protestantische Religion wollen vertheidigen/
heutiges Tages ein Pfälzischer Chur-Fürst dieselbe suche zu un-
terdrücken. Teutsch.

11. Tritt ein Saxe auff/ und erzehlet 2. Träume von der Reli-
gion, deren der erste vor die Saren nichts gutes ominiret/der andere
aber dagegen tröstlich ist/ und unsers Königs/ als Defensoris Fidei,
Beschützung der protestantischen Religion anzeigt/ lateinisch.
Schließet mit einem Wunsch und Gebet vor die Erhaltung der
Kirche/ in Lateinischen Versen.

Musica: Das Wort sie sollen lassen stahn/
Und kein Danck dazu haben. etc.

12. Redet jemand den Pabst an / daß er nicht solle herrschen/
wie die weltlichen Könige/ in Lateinischen Versen.

13. Beklaget ein Holsteiner ihres Prinzens unglückliche Fa-
ta, welche demselben von Jugend auff begegnet/ und tröstet sich end-
lich der Hülffe und hohen Vorsprache unsers Königs. Teutsch.

Musica:

Nach den dicken Nebel = Dunst/
Nach der Winde Wuht und Toben/
Nach den Regen-Guß von oben/
Blickt uns an des Himmels Gunst.
Alles wechselt sich.
Drum so freue dich

Viel-

Vielgeplagetes Gemühte/
Traue nur des Höchsten Güthe.

14. Tritt jemand auff im Rahmen des Mecklenburgischen Adels/stellet aus der alten Teutschen Freyheit vor des Adels Privilegia und Prærogativen überhaupt/ und hernach des Mecklenburgischen ins besondere/ wie dieselbe von ihrem Fürsten gekräncket / wie hergegen durch unsers Königs prompte Execution ihnen geholffen sey. Teutsch.

15. Stellet jemand vor / daß die Natur wider alle Schädlichkeit Mittel verordnet / so auch in Politicis, und da sey unser König gleichsam ein allgemeiner Medicus vor ganz Europa, welches kühlich/ als in einer Wiederhohlung dessen / was fürgetragen/ gezeigt wird. Beschliesset nach solcher Ausführung den ganzen Actum mit der Danckung vor geneigt erzeugte Anhöhrung. Latein.

Cui dicendi exercitio, ut major accedat splendor, utq; oratores nostri reddantur alacriores, omnes Scholæ nostræ ac rei literariæ Patronos, Fautores & Amicos eâ, quâ par est, observantiâ & humanitate rogo, velint pauillum temporis de curis suis privatis demere, nobisq; ad diem & horam, in fronte dictam, benevolè & amicè esse præsto. Constabunt in eos vicissim, quæ expectari à nostra Minerva poterunt & pietatis & humanitatis officia prolixè. Dabam
Clausthalæ in Musæo die Junij Anno cIo. D. C. C. X. X;



cuo 22

99 A

6965


ULB Halle 3
002 927 934




58

VD 77







22 19

PROGRAMMA,

quod

ad sermones quorundam Scholæ nostræ
alumnorum de Argumento,

QUOD à DEO

PER

GEORGIUM I.

Regem Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hiber-
niæ, & Electorem Brunsvico-Lune-
burgicum

*Pax, tranquillitas & salus toti jam reducatur
Europa.*

ad diem

& horam antemerid. VIII. in Auditorio

Clausthaliensi superiori auscultandos

Mufarum Patronos ac Fautores

omnes & singulos submissè & officiole
invitat,

H. Calvör Sch. C. C.

Clausthalia, litteris Jac. Wilcken,

